

QUÆSTIONES ANNO 1868

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS DISCUTIENDÆ

in Archidiecresi Quebecensi



MENSE JANUARIO.

Quidam catechista loquens de meritis Christi, ea infinita fuisse hæc ratione confirmat, scilicet, quia *Christus passus est ut Deus*. Queritur :

- 1° *Quid significet idiomatum communicatio ?*
- 2° *Quanam regula observanda sint in idiomatum communicatione ?*
- 3° *Quid sentiendum sit de explicatione data a catechista in casu, et quomodo exprimi debeat ratio cur infinita sunt merita Christi ?*

Sempronius parochus, quando absolvit penitentes, non elevat manum dum facit formulam absolutionis, neque format signum crucis in fine, dicendo : *In nomine Patris, etc.*

Robertus, ejus confessarius, eum vehementer reprehendit quasi exponentem sacramentum periculo nullitatis, vel saltem peccantem contra rubricam gravem. *Quid sentiendum de sententia Roberti ?*

MENSE MAIO.

Caius clericus a paroco invitatus, *feriarum tempore*, ut catechismum die dominica doceat, de peccato loquens hæc tria asserit :

- 1° *Peccatum originale non esse verum peccatum, sed meam privationem donorum supernaturalium indebitorum ;*